

EthosMaria-contemplation-1- 1.1.2023



St Franziskus, Klaus Hensel  
Oramus pro te, ora pro nobis  
We pray for you, pray for us,  
Wir beten für Dich, bete für uns



**S.H. Papst Benedikt XVI: + 31.12.2022**



**Klaus Hensel + 17.12.2022**

Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea: faciem tuam Domine

Zu dir spricht mein Herz,<sup>9</sup> Dich sucht mein Angesicht; dein Antlitz, o Herr suche ich !

My heart says of you... Your face, LORD, I will seek.



**Rosenkranz für S.H. Papst Benedikt XVI**

**+ 31.12.2022**

1... Jesus, der von den Toten auferstanden ist

2 ... Jesus, der in den Himmel aufgefahren ist

3 ... Jesus, der uns den Heiligen Geist gesandt hat

4 ... Jesus, der dich, o Jungfrau, in den Himmel aufgenommen hat

5 ... Jesus, der dich, o Jungfrau, im Himmel gekrönt hat

1 ... Jesus, who rose from the dead 2 ... Jesus who ascended into heaven 3 ... Jesus, who sent us the Holy Spirit 4 ... Jesus who received you, O Virgin, into heaven 5 ... Jesus, who crowned you, O Virgin, in heaven

**ORDO MISSAE 1. Januar  
RITUS INITIALES**

**Salve, sancta Parens, eníxa puérpera Regem,  
qui cælum terrámque regit in sácula sæculórum.**

**P.: In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.**

**A.: Amen.**

**P.: Dominus vobiscum.**

**A.: Et cum spíritu tuo.**

**ACTUS PAENITENTIALIS**

**P.: Fratres, agnoscámus peccáta nostra, ut apti  
simus ad sacra mystéria celebránda.**

**A.: Confíteor Deo omnipoténti et vobis, fratres, quia  
peccávi nimis cogitatióne, verbo, ópere et  
omissione: et, percutientes sibi pectus, dicunt: mea  
culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor  
beátam Maríam semper Vírginem, omnes Angelos et  
Sanctos, et vos, fratres, oráre pro me ad Dóminum  
Deum nostrum.**

**P.: Misereátur nostri omnípotens Deus et, dimissís  
peccátiis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam.**

**A.: Amen.**

**V.: Kýrie, eléison. A.: Kýrie, eléison.**

**V.: Christe, eléison. A.: Christe, eléison.**

**V.: Kýrie, eléison. A.: Kýrie, eléison.**

**GLORIA**

**Glória in excélsis Deo et in terra pax homínibus  
bonæ voluntátis.**

**Laudámus te, benedícimus te, adorámus te,  
glorificámus te, grátias ágimus tibi propter magnam  
glóriam tuam,**

**Dómine Deus, Rex cæléstis, Deus Pater  
omnípotens.**

**Dómine Fili Unigénite, Iesu Christe,  
Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris,**

**qui tollis peccáta mundi, miserére nobis;**

**qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecatióem  
nostram.**

**Qui sedes ad dexteram Patris, miserére nobis.  
Quóniam tu solus Sanctus, tu solus Dóminus, tu  
solus Altíssimus, Iesu Christe,  
cum Sancto Spíritu: in glória Dei Patris. Amen.**

**V.: Orémus. ... A.: Amen.**

**Liturgia verbi**

**1. Lesung**

**Lesung aus dem Buch Númeri.**

**Der Herr sprach zu Mose:**

**Sag zu Aaron und seinen Söhnen:**

**So sollt ihr die Israeliten segnen;**

**sprecht zu ihnen:**

**Der Herr segne dich und behüte dich.**

**Der Herr lasse sein Angesicht über dich leuchten  
und sei dir gnädig.**

**Der Herr wende sein Angesicht dir zu  
und schenke dir Frieden.**

**So sollen sie meinen Namen auf die Israeliten legen  
und ich werde sie segnen.**

**L.: Verbum Dómini.**

**A.: Deo grátias.**

Antwortpsalm Ps 67 (66), 2–3.5–6.7–8 (Kv: 2a)

**Kv Gott sei uns gnädig und segne uns. – KvGL 45,1**

**Gott sei uns gnädig und segne uns. \***

**Er lasse sein Angesicht über uns leuchten,  
damit man auf Erden deinen Weg erkenne, \*  
deine Rettung unter allen Völkern. – (Kv)**

**Die Nationen sollen sich freuen und jubeln, /  
denn du richtest die Völker nach Recht \*  
und leitest die Nationen auf Erden.**

**Die Völker sollen dir danken, o Gott, \*  
danken sollen dir die Völker alle. – (Kv)**

**Die Erde gab ihren Ertrag. \***

**Gott, unser Gott, er segne uns!  
Es segne uns Gott! \*  
Fürchten sollen ihn alle Enden der Erde. – Kv**

## **2. Lesung**

**Lesung aus dem Brief des Apostels Paulus  
an die Gemeinden in Galátien.**

**Schwestern und Brüder!  
Als die Zeit erfüllt war,  
sandte Gott seinen Sohn,  
geboren von einer Frau  
und dem Gesetz unterstellt,  
damit er die freikaufe, die unter dem Gesetz stehen,  
und damit wir die Sohnschaft erlangen.  
Weil ihr aber Söhne seid,  
sandte Gott den Geist seines Sohnes in unsere  
Herzen,  
den Geist, der ruft: Abba, Vater.  
Daher bist du nicht mehr Sklave, sondern Sohn;  
bist du aber Sohn,  
dann auch Erbe,  
Erbe durch Gott.**

**L.: Verbum Dómini.**

**A.: Deo grátias.**

**V.: Allelúia. A.: Allelúia.**

**Einst hat Gott zu den Vätern gesprochen durch die  
Propheten;  
heute aber hat er zu uns gesprochen durch den  
Sohn.**



V.: Hallelúja. A.: Hallelúja.

## EVANGELIUM

**P.: Dóminus vobíscum.**

**A.: Et cum spírítu tuo.**

**P.: Léctio sancti Evangéllii secúndum N.,**

**A.: Glória tibi, Dómine.**

Aus dem heiligen Evangelium nach Lukas.

In jener Zeit eilten die Hirten nach Betlehem und fanden Maria und Josef und das Kind, das in der Krippe lag.

Als sie es sahen, erzählten sie von dem Wort, das ihnen über dieses Kind gesagt worden war.

Und alle, die es hörten, staunten über das, was ihnen von den Hirten erzählt wurde.

Maria aber bewahrte alle diese Worte und erwog sie in ihrem Herzen.

Die Hirten kehrten zurück, rühmten Gott und priesen ihn für alles, was sie gehört und gesehen hatten, so wie es ihnen gesagt worden war.

Als acht Tage vorüber waren und das Kind beschnitten werden sollte, gab man ihm den Namen Jesus, den der Engel genannt hatte, bevor das Kind im Mutterleib empfangen war.

**Deinde diaconus, vel sacerdos, librum, si incensum adhibetur, thurificat, et Evangelium proclamat.**

**P.: Verbum Dómini.**

**A.: Laus tibi, Christe.**

**Homilia expleta, cantatur vel dicitur, quando praescribitur, symbolum seu professio fidei**



**A.: CREDO ...**

## **LITURIA EUCHARISTICA**

**Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accépmus panem, quem tibi offérimus, fructum terræ et óperis mánuum hóminum: ex quo nobis fiet panis vitæ....**

**Lava me, Dómine, ab iniquitáte mea, et a peccáto meo munda me.**

**Stans postea in medio altaris, versus ad populum, extendens et iungens manus, dicit:**

**P.: Oráte, fratres: ut meum ac vestrum sacrificium acceptábile fiat apud Deum Patrem omnipoténtem.**

**Populus surgit et respondet:**

**A.: Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad utilitátem quoque nostram totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ.**

**Gabengebet ...**

**Deus, qui bona cuncta ínchoas benígnus et pérficis, da nobis, de sollemnítate sanctæ Dei Genetrícis lætántibus,**

**sicut de inítiis tuæ grátiae gloriámur ita de perfectióne gaudére.**

**Per Christum.**

**Volk: Amen.**

**PREX EUCHARISTICA II**

**V. Dóminus vobíscum.**

**R. Et cum spírítu tuo.**

**V. Sursum corda.**

**R. Habémus ad Dóminum.**

**V. Grátias agámus Dómino Deo nostro.**

**R. Dignum et iustum est.**

**Sequitur Praefatio iuxta rubricas ...**

**Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre,  
nos tibi semper et ubíque grátias ágere:**

**Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus:**

**Et te in sollemnítate, beátæ Maríæ semper Vírginis  
collaudáre,**

**benedícere et prædicáre.**

**Quæ et Unigénitum tuum**

**Sancti Spírítus obumbratióne concépit,**

**et, virginitátis glória permanénte,**

**lumen ætérnum mundo effúdit,**

**lesum Christum Dóminum nostrum.**

**Per quem maiestátem tuam laudant Angeli,**

**adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes.**

**Cæli cælorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim,**

**sócia exsultatióne concélebrant.**

**Cum quibus et nostras voces**

**ut admítte iúbeas, deprecámur,**

**súpplíci confessiόne dicéntes:**

**A.: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dóminus Deus**

**Sabaóth. Pleni sunt caeli et terra glória tua. Hosánna**

**in excélsis. Benedíctus qui venit in nómine Dómini.**

**Hosánna in excélsis.**

**Sacerdos, manibus extensis, dicit:**

**Vere Sanctus es, Dómine, fons omnis sanctitátis.**

**lungit manus, easque expansas super oblata tenens, dicit:**

**Hæc ergo dona, quæsumus, Spíritus tui rore sanctífica, ut nobis Corpus et ✠ Sanguis fiant Dómini nostri Iesu Christi.**

**Qui cum Passióni voluntárie traderétur, accipit panem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur: accépit panem et grátias agens fregit, deditque discíplis suis, dicens: parum se inclinat**

**ACCÍPITE ET MANDUCÁTE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADÉTUR.**

**Símili modo, postquam cenátum est, accipit calicem, eumque parum elevatum super altare tenens, prosequitur: accípiens et cálicem íterum tibi grátias agens dedit discíplis suis, dicens:**

**ACCÍPITE ET BÍBITE EX EO OMNES: HIC EST ENIM CALIX SÁNGUINIS MEI NOVI ET ÆTÉRNI TESTAMÉNTI, QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDÉTUR IN REMISSIÓNEM PECCATÓRUM. HOC FÁCITE IN MEAM COMMEMORATIÓNEM.**

**Mystérium fidei. Mortem tuam annuntiámus, Dómine, et tuam resurrectiónem confitémur, donec vénias.**

**Mémores ígitur mortis et resurrectiónis eius, tibi, Dómine, panem vitæ et cálicem salutis offerimus,**

**grátias agéntes quia nos dignos habuísti astáre coram te et tibi ministráre. Et súpplíces deprecámur ut Córporis et Sánguínis Christi partícipes a Spírítu Sancto congregémur in unum.**

**Recordáre, Dómine, Ecclésiæ tuæ toto orbe diffúsæ, ut eam in caritáte perfícias una cum Papa nostro N. et Epíscopo nostro N. \* et univérso clero.**

**In Missis pro defunctis addi potest:**

**Meménto fámuli tui (fámulæ tuæ) N., quem (quam) (hódie) ad te ex hoc mundo vocásti. Concéde, ut, qui (quæ) complantátus (complantáta) fuit similitúdini mortis Fílii tui, simul fiat et resurrectiónis ipsíus.**

**Meménto étiam fratrum nostrórum, qui in spe resurrectiónis dormiérunt, omniúmque in tua miseratióne defunctórum, et eos in lumen vultus tui admítte. Omnium nostrum, quæsumus, miserére, ut cum beáta Dei Genetríce Vírgine María, beato Ioseph, eius Sponso, beátis Apóstolis et ómnibus Sanctis, qui tibi a sæculo placuérunt, ætérnæ vitæ mereámur esse consórtes, et te laudémus et glorificémus iungit manus per Fílium tuum Iesum Christum.**

**Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitáte Spírítus Sancti, omnis honor et glória per ómnia sæcula sæculórum. Populus acclamat: Amen.**

## **RITUS COMMUNIONIS**

**Calice et patena depositis, sacerdos, iunctis manibus, dicit: Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere: Extendit manus et, una cum populo, pergit:**

**A.:** Pater noster, qui es in cælis: sanctificétur nomen tuum; advéniat regnum tuum; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie; et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tentatiónem; sed líbera nos a malo.

**Manibus extensis, sacerdos solus prosequitur, dicens:** Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberiet ab omni perturbatióne secúri: exspectántes beátam spem et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi. **lungit manus.**

**Populus orationem concludit, acclamans:** Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in sæcula.

**Deinde sacerdos, manibus extensis, clara voce dicit:** Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respícias peccáta nostra, sed fidem Ecclésiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

**Populus respondet:** Amen.

**Sacerdos, ad populum conversus, extendens et iungens manus, subdit:** Pax Dómini sit semper vobíscum.

**Populus respondet:** Et cum spíritu tuo.

Deinde, pro opportunitate, diaconus, vel sacerdos, subiungit: **Offérte vobis pacem.**

Deinde accipit hostiam eamque super patenam frangit, et particulam immittit in calicem, dicens secreto: **Hæc commíxtio Córporis et Sánguini Dómini nostri Iesu Christi fiat accipiéntibus nobis in vitam ætérnam.**

**Interim cantatur vel dicitur: Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:**

**A.: miserére nobis. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi**

**A.: : miserére nobis. Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi:**

**A.: dona nobis pacem.**

Quod etiam pluries repeti potest, si fractio panis protrahitur. Ultima tamen vice dicitur: **dona nobis pacem.**

**Sacerdos deinde, manibus iunctis, dicit secreto: Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permíttas.**

**Vel: Percéptio Córporis et Sánguini tui, Dómine Iesu Christe, non mihi provéniat in iudícium et condemnatióem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam.**

Sacerdos genuflectit, accipit hostiam, eamque aliquantulum elevatam super patenam vel super calicem tenens, versus ad populum, clara voce dicit: **Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt.**

Et una cum populo semel subdit:

**A: Dómine, non sum dignus, ut intres sub téctum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.**

Et sacerdos, versus ad altare, secreto dicit: **Corpus Christi custódiat me in vitam ætérnam. Et reverenter sumit Corpus Christi. Deinde accipit calicem et secreto dicit: Sanguis Christi custódiat me in vitam ætérnam. Et reverenter sumit Sanguinem Christi. Postea accipit patenam vel pyxidem, accedit ad communicandos, et hostiam parum elevatam unicuique eorum ostendit, dicens: Corpus Christi. Communicandus respondet: Amen. Dum purificationem peragit, sacerdos dicit secreto: Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus, et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnum.**

**Ant. ad communionem Hebr 13, 8  
Iesus Christus heri et hódie, ipse et in sæcula.**

**Orémus. Schlussgebet...**

**Sumpsimus, Dómine, læti sacraménta cæléstia: præsta, quæsumus, ut ad vitam nobis proficiant sempitérnam,**



**qui beátam semper Vírginem Maríam  
Fílii tui Genetrícem et Ecclésiæ Matrem  
profitéri gloriámur.  
Per Christum.**

## **RITUS CONCLUSIONIS**

**Dóminus vobíscum. Et cum spírítu tuo.**

**Sacerdos benedicit populum, dicens:**

**Benedícat vos omnípotens**

**Deus, Pater, et Fílius, +**

**et Spírítus Sanctus.**

**Populus respondet: Amen.**

**St Josef,**

**St. Gabriel, St Michael, St Rafael**

**St. Teresa Benedicta a Cruce, St. Bonifazius**

**Orate pro nobis**



**Ethos † Maria e.v.**